bertus rex ad imperium non ascendit.
<u>Annis m triac</u>. Mortuo alberto rege
anno domini mcccviii principes elec-
tores convenientes in unum heinricum,
comitem de lücelburg, laudabilem
dominum, firmum, magnanimum
et oeracem in regem romanum, fu-
turum imperatorem, elegerunt, qui
anno secundo regni sui longobardi-
am intrans in imperatorem inungi-
tur et coronatur magnalia facta
ibi exercens. Qni anno regni sui quar-
to mortuus est. De cuius morte in-
equaliter narrant, qui secum fuerunt.
Dicunt enim aliqui, quod post recep-
tionem corporis christi, quod ipse
in festis sollempnibus semper sump-
serat, oenenum calici, de quo post
sumptum sacramentum bibere debe-
bat, fuerit immissum, quia eodem
die, oidelicet in assumptione beate
marie virginis, quando communi-
caverat, mortuus est. Alii dicunt
quod naturali morte oehementer
ingruente mortuus sit. Istum
heinricum hoc nomine septimum
clemens papa quartus de transgres-
sione sacramenti in septimo decre-